

tueri possit, id ipsum, quod ita perdiderit, hac actione consequatur. sed an hoc procedat uideamus: nam si apud hunc iudicem, qui inter eum et argentarium iudicat, potest probare se illo iudicio, quo uictus est, uincere potuisse, poterat et tunc probare: et si non probauit aut probantem iudex non curauit, de se ipso aut de iudice queri debet. sed non ita est. fieri enim potest, ut nunc, rationes uel ipso edente uel alio modo nanctus, aut aliis instrumentis uel testibus, quibus illo tempore aliqua ex causa uti non potuit, possit probare potuisse se uincere. sic enim et de cautione subrepta aut corrupta competit condicione et damni iniuriae actio: quia quod ante non potuimus intercepta cautione probare et ob id amisimus, hoc nunc alias instrumentis aut testibus, quibus tum uti non potuimus, probare possumus.

- 11 MODESTINUS libro tertio regularum. Exempla instrumentorum etiam sine [B. 7, 18, 11] E<sup>\*</sup> subscriptione edentis edi posse receptum est.
- 12 CALLISTRATUS libro primo edicti monitorii. Feminae remotae uidentur ab [B. 7, 18, 12] E<sup>\*</sup> officio argentarii, cum ea opera uirilis sit.
- 13 ULPIANUS libro quarto ad edictum. Haec actio neque post annum [B. 7, 18, 13. Pon. 24, 21] E<sup>\*</sup> neque in heredem nisi ex suo facto dabitur. heredi autem dabitur. 15

### XIII.

## R DE PACTIS R

EPA:

1 ULPIANUS libro quarto ad edictum. Huius edicti aequitas naturalis est. quid [B. 11, 1, 1] E<sup>\*</sup> enim tam congruum fidei humanae, quam ea quae inter eos placuerunt seruare? Factum 2 autem a pactione dicitur (inde etiam pacis nomen appellatum est) et est pactio duorum 20 pluriumue in idem placitum et consensus. Conuentio uerbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt qui inter se agunt: nam sicuti conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in unum locum colliguntur et uenient, ita et qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt. adeo autem conuentio nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius nullum 25 esse contractum, nullam obligationem, quae non habeat in se conuentio, siue re siue 4 uerbis fiat: nam et stipulatio, quae uerbis fit, nisi habeat consensum, nulla est. Sed conuentionum pleraque in aliud nomen transeunt: ueluti in emptionem, in locationem, in pignus uel in stipulationem.

2 PAULUS libro tertio ad edictum. Labeo ait conuenire posse<sup>1</sup> uel re: uel per [B. 11, 1, 2] E<sup>\*</sup> epistulam uel per nuntium inter absentes quoque posse. sed etiam tacite consensu conuenire intellegitur: et ideo si debitori meo || reddiderim cautionem, uidetur inter nos conuenisse ne peterem, profuturamque ei conuentio exceptionem placuit.

3 MODESTINUS libro tertio regularum. Postquam pignus uero debitori reddatur, [B. 11, 1, 3] E<sup>\*</sup> si pecunia soluta non fuerit, debitum peti posse dubium non est, nisi specialiter contrarium actum esse probetur.

4 PAULUS libro tertio ad edictum. Item quia conuentiones etiam tacite ualent, [B. 11, 1, 4] E<sup>\*</sup> placet in urbanis habitationibus locandis inuenta illata pignori esse locatori, etiamsi nihil FP(VU)

<sup>1</sup> posse] firmant B, sed del.

3 poterat] PU, poterit F | probabit F 4 iudex non probabit a' curabit F | se ipso] P<sup>a</sup>U<sup>a</sup>, sipo F, ipso P<sup>a</sup>U<sup>a</sup> 5 ipso's edente F | nactus PU 6 tempora F<sup>a</sup> 7 uincire F<sup>a</sup> | et' de F<sup>a</sup> | condicione F<sup>a</sup> 8 iniuriae, non iniuriae F | obmisimus P, admisimus U 9 none F<sup>a</sup> 10 tertio] iiiii PU 12. 13 & 12 om. F<sup>a</sup> 15 heredi autem dabitur] hereditatem d. F<sup>a</sup>, om. V 17 R de pactis RESP<sup>a</sup> P, R de pactis RS U 19 ea] ae F<sup>a</sup> 20 inde] unde P<sup>a</sup> | et om. P<sup>a</sup> 21 placitum] pactum P<sup>a</sup> | et cons.] fPVU, cons. F: πάκτον ἔcti δύο τιμῶν ἡ καὶ πλειόνων εἰc ταγτὸν συνελθόντων σύνοδος καὶ

CYNÄNECIC BS (Steph.): cýmφωνόν ἔcti δύο ἡ πλειόνων εἰc ταγτὸν ἀρεστόν καὶ CYNÄNECIC B (Anon.): et agnoscit uterque interpres et uerba in idem = εἰc ταγτὸν enarrat per se sumpta 23 et om. PVU 24 sententiam om. F<sup>a</sup> 26 in se non habeant (— at P<sup>a</sup>) P | abeat F (em. f) 28 pleraque P<sup>a</sup> | in loc.] loc. PV 32 intelliguntur PVU | conuenire PU 34 tertio] septimo F<sup>a</sup> 35 est 'spe' (non iure) nisi spec. F 37 quia] que P<sup>a</sup> | conuentio sententiam acite F (em. f): tacitae ne scribe, cum sit in BS cιωπηρῶς CYNICTANTAI 38 locatis PVU | 'e'sse F<sup>a</sup>